

Fo.

CH

iniquitate: qua puenirem ad voluptatē
meā: nec confractione consciorū animo
rū accenderem puritū cupiditatis mee
Sed quoniam in illis pomis voluptas
mibi nō erat. ea erat in ipso facinore quā
faciebat consortium simul peccantium.
Quid erat ille affectus animi? Terre enim
plane turpis erat nimis: et ve mibi erat
qui habebat illū. **S**ed tamen quid erat?
Delicta quis intelligit? **R**isus erat: qua
si titillato corde: quod fallebam? eos: quod
a nobis fieri nō putabatur: et vehementer no
lebant. **Q**ur ergo eo me delectabar: quo
id nō faciebatur solus? **A**n quod etiam nemo fa
cile solus ridet? **N**emo quidem facilis: tamen
etiam solos et singulos homines: cum alius
nemo pensus est. vincit risus aliquando: si
aliquid nimie ridiculū vel sensibus occurre
rit vel animo. **A**t ego illud solus nō facere:
nō facerem oīno solus. **E**cce est coram te
deus meus? vix recordatio ante mee: so
lus nō facerem furcū illud: in quo me nō
libebat id quod furabar. sed quod furabar quod
me solū facere prolixus nō liberet nec fa
cerem. **Q**uoniam nimis inimica amicitia. sedu
ctio mentis inuestigabilis. ex ludo et ioc
o nocendi auditas: et alieni dāni appe
tibus. nulla lucri mei. nulla viciāscendi li
bidine. sed cum dicit. eam? faciamus. et pu
det nō esse impudentem. **Q**uis eraperit
istā tortuosissimā et implicatissimā: no
dositatē. **F**eda est. nolo in eam intendere:
nolo eā videre. **T**e volo iusticia et inno
centia. pulchra et decora honestis lumini
bus et insatiabili satietate. **Q**ui est apud
te valde et vita imperturbabilis. **Q**ui intrat
in te: intrat in gaudiū dñi sui: et nō time
bit: et habebit se optime in optimo. **D**e
fluri abs te ego: et erravi de? me? nimis.
deuinus a stabilitate tua in adoleſcētia: et
factus sum mibi regio egestatis.

ExPLICIT liber secundus.
INCIPIT tertius.

Eni cartagi

nem: et circumstrepebat me
vndiq; sarrago flagicio
sozū amorū. **M**odū ama
bam et amare amabā: et se

cretiore indigentia oderā me minus in
digentē. **Q**uerebā quid amarem amans
amare. et oderā securitatē et viā sine mu
scipulis. **Q**uoniam fames mibi erat intrus
ab interiori cibo teipso deus meus? et ea fa
me nō esuriebā: sed erā sine desiderio ali
mentorū incorruptibilū. nō quia plen
eis eram. sed quo inanius eo fastidiosior:
et ideo nō bene valebat anima mea: et vice
rosa proieciebat se foras miserabiliter scal
pi auida et tactu sensibilū. **S**ed si nō ha
berent animā nō vtiq; amarent. **A**mare
et amari dulce mibi erat: magis si etiam
amatis corpe fruerer. **T**enā igitur amici
cie coinquinabas: fordidis concupiscentie:
candoreq; ei? obnubilabā de tartaro li
bidinis: et tū fedus atq; inhonestū elegā
et urbanus esse getiebā abundantia vani
tate. **Q**ui etiam in amore quo cupiebas ca
pi. **D**eus meus misericordia mea quāto
felle mibi suauitatē illā et quod bonū asper
sisti. quod et amat? sum et pueni occulte ad
vinculū fruendū: et colligabar letus erū
nosus necibus ut cederer virgibus ferreis ar
dentibus zeli et suspicionū et timorū et iraz
atq; ritariū. **R**apiebāt me spectacula the
atrica plena imaginibus miseriarū mearū
et fomitus ignis mei. **Q**uid est quod homo
ibi vult dolere cum spectat luctuosa et tra
gica: que tamen pati ipse nollit? **E**t tamen pa
ri vult et eis dolorem spectator: et dolor
ipse est voluptas eius. **Q**uid est nisi mise
rabilis insania? **N**ā eo magis eis mouet
quod quis: quo minus a talibus sanus est affe
ctibus: quod cum ipse patitur miseria: cum alijs
cōpatitur misericordia dici solet. **S**ed qua
lis tādeus misericordia in rebus fictis et sce
nicis? **N**ō enim ad subueniendū puocat
auditor: sed tamen ad dolendū inuitat. **E**t
actori earū imaginū amplius fauet: cum
amplius dolet. **E**t si calamitates ille ho
minū vel antique vel false sic agant. ut quod
spectat nō doleat: abscedit inde fastidies
et respiciens. **S**i autem doleat: manet in
tentus et gaudēs. **L**achryme ergo amā
tur et dolores. **T**erre omnis homo gaude
re vult. **A**n cum miserū nemine esse libeat:
libet tamen esse misericordem. **Q**uod quod nō
sine dolore est: hac vna causa amatur do
lores. **E**t hāc de illa vena amicitie est. **S**ed
q 2